

**Auteur(s) : Conti, Natale**

**Collection Mythologia, Francfort, 1581 - Livre X**

*Ce document a pour résumé :*

[Mythologia, Francfort, 1581 - X \[104\] : De Nereo](#)

---

**Collection Mythologia, Venise, 1567 - Livre VIII**

*Ce document est une version augmentée de :*

[Mythologia, Venise, 1567 - VIII, 06 : De Nereo & Nereidibus](#)

---

**Collection Mythologie, Paris, 1627 - Livre VIII**

[Mythologie, Paris, 1627 - VIII, 07 : De Neree & des Nereides](#) est une transformation de ce document

---

**Collection Mythologie, Lyon, 1612 - Livre VIII**

[Mythologie, Lyon, 1612 - VIII, 06 : De Neree & des Nereides](#) est une traduction de ce document

---

## Informations sur la notice

Auteurs de la noticeÉquipe Mythologia

Mentions légales

- Fiche : Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle). Licence Creative Commons Attribution - Partage à l'Identique 3.0 (CC BY-SA 3.0 FR)
- Images : Münchener DigitalisierungsZentrum (MDZ).

## Citer cette page

Conti, Natale, *Mythologia* Francfort, 1581 - VIII, 06 : De Nereo & Nereidibus, 1581

Projet Mythologia (CRIMEL, URCA ; IUF) ; projet EMAN, Thalim (CNRS-ENS-Sorbonne Nouvelle)

Consulté le 24/12/2025 sur la plate-forme EMAN :

<https://eman-archives.org/Mythologia/items/show/6025>

## Présentation du document

PublicationFrancfort, André Wechel, 1581

ExemplaireRegensburg (Allemagne), Staatliche Bibliothek, 999/Hist.pol.1307

Formatin-8

Langue(s)

- Grec ancien

- Latin

Paginationp. 843-848

## **Des dieux, des monstres et des humains**

Entités mythologiques, historiques et religieuses

- [Nérée](#)
- [Néréides](#)

Notice créée par [Équipe Mythologia](#) Notice créée le 28/12/2018 Dernière modification le 25/11/2024

---

minum conditio, quam Deus respiciat sine probitate, cum is innocentiam & integritatem animi tantum, at non aliud quidquam respiciat. Hunc cum diuinandi artis peritum finxerint, demonstrabant nauigandi peritum hominem futuras tempestates multo ante prouidere. at nunc de Nerco dicamus.

*De Nerco & Nereidibus.*

CAP. VI.

**N**ERCVS vero fuit Ponti, siue Oceani & Tethyos filius creditus, ut his ait Hesiodus in Theogonia:

κηφιατ' ἀφ' αὐδ' ἰα καὶ ἀλυσία γένετο πόρτα  
πρὸς ἑὸν αὐτὰρ ἐκλάσει γέροντα,  
ὕμνα μαιρτὴς τε καὶ ἥπιος, ἔδ' ἑμισγίον  
ἀλυσίῳ, ἀλλὰ δ' ἰκαία καὶ ἥπια δ' ἦν αὖ οἶδ' ἐν.

*Nerea fatidicum, haud fallacem, femine Ponti,  
Progenitum nati seniore: dictus ex inde est  
Ille Senex, quod d' Veridicus, blandusque, nec aquae  
Oblitus nouit semper decernere iusta.*

Nam etiam Apollodorus libro primo bibliothecae hos Pontum & non Tethyos, sed Terrae filios connumerauit, Phorcum, Thaumantem, Nereum, Eurybiam, Ceto. Illum igitur & veridicum & vatem esse crediderunt, cum Troianas etiam calamitates Paridi nuntiarit, ut ait Horatius libro primo Carminum in his:

*Passtor cum traheret per freta nanibus  
Idaei Helenam perfidus hospitem,  
Ingrato celeres obruit oero  
Ventos, & caneret fera  
Nereus fata. Mala ducis aus domum,  
Quam multo repetet Gracia milite,  
Coniurata tuas rumpere nuptias,  
Et regnum Priami vetui.*

Fertur hic in mari Aegæo præcipue domum habuisse, ut ait Apollonius lib. 4.

ὡς ἴφαι· αὐτὴν δ' ἱστῶν ἐλόμενος δοῦναι  
τάμιντα νύμφας αὐτῇ καὶ πῆρ' αὖ, δὲ δ' ἰνὶ πόντῳ  
Αἰγῶν, τὸ δ' ἐπὶ τῇ δόμῳ νυμφῶς ἴασι.  
*Iris ait: caroque Volans descendit ab alto  
Præpetibus pennæ passu pontumque subivit*



*Ægeum, domus hic sublimis, & atria Nereæ.*

Fama est Herculem ad aurea mala Hesperidum ferenda missum, ad Nymphas, quæ in antris Eridani habitabant, adiisse, ut ex ijs audiret ubi nam locotum essent illa mala aurea. Tum Hercules missus fuit ad Nereum, quem varijs formis eludere conantem tandiu detinuit, ut in pristinam figuram redierit, remque indicaret. Hunc antiquissimum Deum nominavit Orpheus in Argonauticis:

*Νηρία μὲν πρῶτος αὐτὸν καλῶν κλισίῃσιν ἀπ᾽ ἀντίων.*

*Nerea cui priscum genus est, hunc ante vocamus.*

Hunc mari præesse, & in mari habitare solitum, delectari choris puellarum, principiumq; esse & finem aquarum, & omnes illius facultates deniq; ita complexus est Orpheus in hymno quodam:

*ὦ ἀντίων πέτρῃσι καὶ κυανὰ γὰρ ἰδρὺν,  
πνιγνόντα κόρῃσι παλαιῇσι κατὰ κύμα,  
πρὸς ἱεροῖσι χερσὶν, Νηριῷ, μεγαλύνουσι δ᾽ αἶμα,  
πυθμὴν μὲν πόντον, γαίης πέρας, ἀρχὴν ἀπ᾽ ἀντίων.*

*Fundamenta tenens ponti, cui cœnula sedes,  
Quinque agitata mari in lato late puellæ,  
Formosæque chori, Nereu, venerabile numen:  
Tu fundamentum aquæ, tu terra finis, & idem  
Principium es cunclis.*

Hunc ab undis educatum & nutritum fuisse significavit Eurip. in Iphig. in Aulide:

*μὰ τὸν δ᾽ ὕγρῳ κυμάτων τιθραμμένον  
Νηρία, φύτεργόν οἱ τέλει, ἢ μὲν ἰγνῶσται.  
Ἀτὼν περ ὕδασι ἐκτετατὸν Νηριῶν  
Θητιδὸν πατέρα, τοῦ μὲν, ἐγὼ sum φίλον.*

Hunc eundem patrem fuisse Nereidum vocatum ita idem testatur in eadem Tragedia:

*ἂν τ᾽ ἐνὶ πᾶσι τοῖσι δ᾽ ἀνδράσι τοῖσι ἀνδράσι,  
ἢ Νηριῶν ἀγ᾽ ἀλμυρῶν, ὅς τ᾽ ἐνὶ ὕδασι  
ἔτι κτε πνιγνόντα Νηριῶν χερσὶν.  
Nam seu Dioscuri sedent in littore,  
Imago sine Nereis, Nereidum*

*Qui quinquies decem chorum olim protulit.*

Suscepit filias Nereus à Doride nymphea Haliæ, Spio, Pasithea & Ligea. Fuerunt enim quinquaginta Nereides



vocatæ Nerei & Doridis filix, ut ait Hesiodus his in Theogonia:

Νηρηὸς δ' ἰγύνοντο μετ' ἥρσιν τέκνα θιάων  
πόντῳ ἐν ἀπρυγίτῳ καὶ Δωρίδ' οὐκ ἠκέμοιο,  
κέρως ἢ κίανθ' οὐ τλήϊστος ποταμός.

*Nascuntur Nereo nam pignora clara Dearum.*

*Doridis & pulchra sponso in mari undis,*

*Quæ fuit Oceano fluvio lato edita quondam.*

Fuit autem Doris Nerei soror. Has comas virides habere censuerunt antiqui: quare ita ait Horatius lib. 3. Carminum:

*Nai cantabimus innicem*

*Neptunum, & Virides Nereidum comas.*

His aves Halcyones gratissimæ fuisse putabantur, ut ait Theocritus in Thalesijs:

Χ' ἄλκυόνες σφριεῖντι τὰ κύματα, τὴν τε θάλασσαν,  
τῆς τανότον, τότ' ὕδρον, ὅς ἔχεται φυκία κινῆ·  
ἄλκυόνες, γλαυκαῖς κερκίσι ταῖσι μέλισσας  
ῥεῖδων ἐπὶ λαθεῖν.

*Halcyones sterment undas atq; a quor. a ponti,*

*Atq; Eurum, atq; Netum, qui extremas suscit. at algas:*

*Halcyones, Nereidibus gratissima proles*

*Cucullarum volucrum.*

Scriptum reliquit Orpheus in hymno quodam in Nereides, illas in undis tripudiate, & bacchari, & tanquam letissimos pisces huc illuc circa curtum Tritonis præcipue cursitare, inter quæ & illud est carmen:

Τριτωνῶνι τ' ὄχρῳσι ἀγαμέμναι περὶ νῶτα.

*A tergo curtus Tritonum cernere posses*

*Hæc gestire simul.*

Harum Nereidum multarum nomina ita recensuit Homerus lib. 6. Iliadis:

κῶκυοντ' ἄρ' ἐκτα· θειὰ δέ μιν ἀμφαγέροντο  
παῖσι, ὅσαι κατὰ βένθος ἀλὲς ἠνορίδ' ἐσθλὰς.  
ἐν δ' ἄρ' ἦν Γλαύκη τε, Θάλαα τε, Κυμοδόκη τε,  
Νηφαία, Σπέρω τε, Οὐνή, Ἀλίνη τε βροχίη,  
Κυμοθόη τε, καὶ Ἀκταίη, καὶ Λιμνὴ ῥαία,  
καὶ Μελίτη, καὶ Ἰσθρα, καὶ Ἀμφιθέη, καὶ Ἀγυή,  
Δωτώ τε, Πρωτώ τε, Φόρυα τε, Αἰμαμένη τε,  
Θιζαμίη τε, καὶ Ἀμφιτόμη, καὶ Καλλιόχη,



δωρίτ, καὶ παύσῃ, καὶ ἀποκλῆτῇ γαλάττει,  
 Νημερτῇ τε καὶ Ἀΐαντι, καὶ Καλλιόπῃ.  
 Ἰθάδῃ δὲ Κλυμένη, Ἰσμερῇ τε, καὶ Ἰάντῃ,  
 Μαιρῇ, καὶ Περσῇ, ὑπὸ λόκυμβος Ἀμάσει,  
 Ἄλμῃ δὲ καὶ Πόντῃ ἄλλοι Νηρηίδες ἦσαν.

*Tum fundit lacrymas: hanc circum nmina ponti  
 Conveniunt, quae imas habitant Nereides undae.  
 Hic aderant Glauceque, Thaliaque, Cymodoceque,  
 Nesaea, Spioque, Thoeque, Halieque decora,  
 Cymothoe, Actae, Melite, cum candida Agaue,  
 Amphithoeque, & Iara comis in collare fusa,  
 Dotoque, Protoque, Pherusaque, Dynameneque,  
 Doris, & Amphinome, Panopeque, & Callianira,  
 Dexamene, Galatea, Amatheaque, Callianassa,  
 Et Clymene, atq; Ianira simul, pariterque Iamassa,  
 Maraque, & Orithyia genas fucata colore,  
 Quaeque imas habitant alia Nereides undae.*

Verum multo etiam plures his vocatae sunt Nereides, quae ad quinquaginta numerantur ab Hesiodo in Theogonia; quae ita vocantur: Proto, Eucrate, Sao, Amphitrite, Eudote, Thetis, Galene, Glaucē, Cymothoe, Spio, Thalia, Melite, Enlimene, Agaue, Pasithea, Erato, Eunice, Doto, Pherusa, Dynamene, Nesaea, Actae, Protomedea, Doris, Panope, Galatea, Hippothoe, Hipponoe, Cymodoce, Cymatolege, Cymo, Eione, Halimeda, Glauconome, Pontoponia, Liagote, Euagote, Lacmedea, Polynome, Autonoe, Lysianassa, Euarne, Plamathe, Menippe, Neso, Eupompe, Themisto, Pronoe, Nemertes. Apollodorus vero Athen. has etiam praeter praedictas connumeravit libro primo, Glaucothoen, Nausithoen, Haliam, Pionen, Pleianren, Calypso, Cranto, Neomerim, Deianiram, Polynoen, Melien, Dionen, Iltam, Dero, Eumolpen, Ionem, Ceto, Limnoream. Ista autem omnes pulcherrimae habebantur, quare, ut proditum est in fabulis, Caliope Cephei Regis Aethiopum uxor cum omnes istae atq; is mulieres se forma antecellerent gloriaretur, ausa est se Nereidibus etiam praefere, quomobrem illarum indignationem in se concitavit. Illae igitur arrogantiae huius foeminae iritae, temeritateque commotae incredibiles & admirandae magnitudinis cetum in illius regionem immiserunt: quare postea iussa est ab oraculo Andromedam filiam,

quam



quam unicam habebat, ut à ceto voraretur, saxo alligatam exponere. Andromeda tamen Persei virtute liberata fuit, & eiusdem beneficio ad perpetuum vitandę temeritatis exemplum, Cassiope inter sidera relata, ut patet ex Aratęo carmine ita Latine verso à Cicetone;

*Labitur illa simul gnatum lacrymosa requirens  
Cassiopeia, neq; ex cælo depulsa decore  
Fertur, nam Verso contingens Vertice primum  
Terras post humeros eversa saepe refertur.  
Hanc illi tribuunt penam Nereides alma,  
Cum quibus, Si perhibent, ausa est contendere forma.*

Neque plura his ferè sunt de Nereo ac Nereidibus memoriz tradita. Nunc sententiam antiquorum ex his exprimamus.

¶ Nereus dicitur Oceani fuisse & Tethyos filius, qui sanè nihil est aliud, quàm consilium & peritia in regendis navibus, quippe cum peritia illa ex Oceano & undis nascatur. Hic multas parit filias, quæ sunt inventiones ac consilij mutationes ad navigationem pertinentes. hanc peritiam antiquissimum Nereum vocarunt, ob verustatem navigationis. Eundem vatem esse tradiderunt, quia efficit in singulis disciplinis peritia ut multa eventura diuinemus & longè prospiciamus. Neque peritus navigandi quispiam putandus est, nisi qui multo ante vētorum mutationes, & signa tempestatum, tanquam ex altissima specula provideat. Hunc Deum in varias formas se vertere sinxerunt antiqui, quoniam sapientis est ad multas varietates, rerumque gerendarum opportunitates se accommodare. Ne quis igitur Deorum immortaliū clementiam sibi deesse arbitraretur, sed vnumquemq; sua clementia perire, qui se in feruissimas maris tempestates intruderit, nulla habitatione illorum, quæ

*Ipse pater statuit, quid mensura luna moneret,  
Quo signo caderent Austri.*

hæc dicta sunt. ¶ Idem est autem fabulam hanc confinxisse, ut summatim dicam, atque si dicerent antiqui: Esto prudens in transigendis negotijs, neque Deum incuses ubi per imprudentiam aut temeritatem tibi pericula ipse confiaueris, cum Deus prudenti cuique ac diligenti viro præsens sit. Alij tamen marinam aquam Nereum vocarunt, ut est apud Ovid. in Deianira:



